

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gula ab  
cum fontibus primis

Quidam supersticiosum nimis in preparandis cibis studium adhibent, infinita decoctionum, frixurarum et condimentorum genera excogitantes, modo mollia, modo dura, modo frigida, modo calida, modo cocta, modo assa, modo pipere, modo alleo, modo cymino, modo sale condita, secundum consuetudinem pregnantium mulierum desiderantes.

Alii superstitiosum nimis in praeparandis cibis studium adhibent,  
infinita decoctionum et frixurarum et condimentorum genera excogitantes,  
modo mollia, modo dura, modo frigida, modo calida, modo elixa, modo assa,  
modo pipere, modo allio, modo cumino, modo sale condita,  
secundum consuetudinem praegnantium mulierum desiderantes.

Hugo de sancto Victore, *De institutione nouitiorum*, 19 (PL 176, col.950C).

Ita quod ibi desudant coquorum artes et fiunt uarie questiones:  
utrum fieri debeant assata uel frixa uel elixa et tanta sollicitudine preparantur,  
ut deuoratis quatuor uel quinque ferculis, prima non impediunt nouissima,

Tanta quippe accuratione et arte coquorum cuncta apparantur,  
quatenus, quatuor aut quinque ferculis devoratis, prima non impedian novissima,  
nec satietas minuat appetitum.

Bernardus Claraevallensis, *Apologia ad Guillelmum abbatem*, 20 (SBO 3,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.97, ll.17-19).

et cum iam stomachus crebris ructibus repletum se indicat,  
nondum tamen curiositas saciatur.

Ipsa deinde qualitas rerum talis deforis apparere curatur,  
ut non minus aspectus quam gustus delectetur,  
et cum iam stomachus crebris ructibus repletum se indicet,  
necdum tamen curiositas satiatur.

Bernardus Claraevallensis, *Apologia ad Guillelmum abbatem*, 20 (SBO 3,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.98, ll.5-7).

Isti uidentur colere uentrem tanquam Deum.

[fons nondum repertus]

Hugo ibidem (in suo claustrali).